IO. PETRVS.

CODALVS I.V.D. Archipr. Cathedralis Ill.^mi et R.^mi D.D. Fabritij Landriani Dei & Apoſtolicę ſedis gratia Epiſcopi Pap. et Com. &c. Florentiſſimiq; Ticinenſis Gimnaſij, Apoſtolico et Imperiali Priuilegys, Canzellarij meritiſſimi Vi-
carius, et locum tenens generalis, ac Viceeanzelarius ſpecialiter deputatus. Dilecto nobis in Christo Ill.ri Doctiſſimoq; uiro M. R. D. ANTONIO ALIPRANDO Eplis D. Petri Martiris Mediolanenſi ſalutem in Domino et uirtutum
tuarum continuum incrementum. Licet uniuerſis iuſtis laboribus digna ſint premia tribuenda, illorum tamen ſapiens et operoſa diſcretio, qui per ſtudiorum ſemitas ambulantes difficilibus curis, laboribusq; ſcientiarum preſertim Iuris Pontificij et Cęſarei; quibus æquum ab
iniquo diſcernitur, et ius ſuum unicuiq; tribuitur brauium attigerunt potioribus debet attolli, muneribus et gradu celſiori decorari. Cum itaq; Mag. et Præſtantiſſimi Viri D.D. CESAR DE AVGVSTIS IACOBVS PHILIPPVS DE
MOLIS DE BELINZONA I.V.D. Famoſiſſimi in Iure Pontificio publice profitentes in prefato gymnaſio et deinde Mag. et Clariſſimi Viri D.D. M. R. D. DIDACVS ÆMILIANVS SFORTIA ALEMAN.
FRANCISCVS SONCINVS ET M. R. D. LVDOVICVS VISMARA et I.V.D. Celeberrimi in Iure Cęſareo et publice profitentes in eodem Gimnaſio, prius per te conſumato tempore à Iure ſtatuto cotinue ſtudendo, te beſ-
terna die qui prius pro obſeruatione contentorum in bullis, et litteris Apoſtol. fœlicis recordat. Domini Noſtri Pij, Olim Papę Quarti ſub dat. Romæ quarto Idus Nouemb. 1564. preuia debita informatione per nos aſſompta ſuper tui relligione, et fide catholica, eandem catholicam fidē
ore proprio uerbis iuxta formæ infraſcriptę tenorem conceptis pallam et intelligibili uoce in manibus noſtris profeſſus fuiſti, ut in actis præfate Curię et Inſtrumento per Nottarium et Canzellarium infraſcriptum confecto continetur et apparet poſt peractos et feliciter conſumatos āte omnes actus priu-
uatos qui examinandis in dictis Iuris Pontifitij & Cæſarei ſcientijs ſeruari conſueuere preſentauerint Nobis publicum in huiuſmodi ſcientijs ſubiturum examen. Noſq; preſentationem huiuſmodi ut poté de pérſona idonea factam admitentes puncta et terminum, huius publici examinis ſubeundi tibi, ut mo-
ris eſt, duxerimus aſſignanda, et in termino ipſo coram Nobis et Doctoribus ipſis Promotoribus tuis per Mag. Viros D.D. CAROLVM PALAVICINVM Mediolanenſem Almæ Vniuerſitatis Iuriſtarum dicti ſtudij Vicerectorem Tiberium Funcum I.V.D.
Almi Collegij Doctorum, ad examina huiuſmodi deputatorum Priorem M. Mag. D.D. Iacobum Berettam, Iacobum Brippium, R. Franciſcum Speltam, Ceſarem Manganum, Flauium Tortum, R. Io: Petrum Blauium, R. Hortenſium Butigellam, Melchionem Scotū,
Io: Baptiſtam Paronam, Petrum Mariam Chriſtianum, Petrum Franciſcum Gambaranam, Angelum Mariam Maium, Hieronimum Madium, Hieronimum Petram, Iuuenalem Albonesium, Hectoré Campiſium, Anibalem Landriamum, Iulium de Curte, Paulum Alexandrū Oleuanū,
Io: Baptiſtam Funcum, Aldigerium Albergatum, Franciſcum Campiſium, Aloyſium Belcredum, Alexandrum Folpertum, et Aurelium Butigellam, Omnes I.V.D. Præſtantiſſimos hodie in Aula Magna Palatij Epiſcopalis pro negotio infraſcripto ſpecialiter peragendo conuocatos
et congregatos Patientes, et repreſentantes maiorem et ſaniorem partem Collegij Doctorum ad examina huiuſmodi deputatorum examinatus fueris publice et rigide, et in examine ipſo lectiones in ponctis tibi aſſignatis legendo, diligenter oppoſitis, et queſitis reſpondendo ueridice dubia, et queſ-
tiones indagando, ſubtiliter ſicte probè et laudabiliter geſſeris, quod ab ipſis D.D. Doctoribus de collegio ſuma cum laude approbatus fuiſti idoneus et ſufficiens, ad doctoratus gradum in pręfatis Iuris Pontificij et Cęſarei ſcientijs, aſſummendum, ut per ſchedulas approbatorias nobis à Doc-
toribus ipſis in ſecreto ſcrutinio datas cognouimus euidenter, et proinde dellato prius tibi per nos et per te ad ſancta Dei Euangelia manibus tuis ſcripturis corporaliter tactis de non exercendo in tui Doctoratus expenſis taxatis in clementina ſecunda de Magiſtris pręſtito ſolito et debito
iuramento. Nos uollentes tibi qui te ualdè dignum et benemeritum ad doctoratus gradum in præfatis Iuris Pontificij, et Cęſarei ſcientijs capeſcendum reddidiſti, ut omnibus aſtantib' notum fuit, pro laboribus tuis dignum fructum, quem poſſumus reddere gratioſum te ſic tuis exigentib'
benemeritis auctoritate pref. Ill.mi D.D. Epiſcopi Canzellarij ut ſupra, qua fungimur in hac parte Doctorem in pref. Iuris Pontificij et Ceſarei ſcientijs, facimus, conſtituimus, et creamus, tibiq; cathedram magiſtralem aſcendendi, et in ea publice legendi, docendi, diſputandi, gloſandi, inter-
pretandi, ceteroſq; actus Doctoreos actus hic, et ubiq; locorum exercendi, et Doctorum inſigna defferendi, aliſq; conferendi licentiam damus et facultatem concedimus per præſentes quas in præmiſſorum fidem, et teſtimonium fieri fecimus in formam publici documenti per D. Laurentium Bigonum
Nottarium et Canzellarium Curię Epiſcopalis Pap. ſigiliq; Canzellarię eiuſdem Curię appenſione communiri. Ceterum Prę. D. ANTONIVS cum prefatis D.D. Doctoribus ſuis promotorib' cathedram Doctoralem, (ut moris eſt) aſcendens à pręfato Mag. D. Sfortia Alemano ſuo, et
aliorum compromotorum ſuorum nominibus petijt in dictis Iuris Pontifitij, et Ceſarei ſcientijs Doctoratus Inſignia Videlicet librum clauſum, mox et apertum ſibi tradi, birretum capiti ſuo imponi, annulo aureo deſponſari, oſculum pacis genę ſuę imprimi, et benedictionem Paternam ſibi impendi, Qui Mag. D.
Sfortia ſuo et aliorum compromotorum ſuorum nominib' attendens, quod iuſta pententibus non eſt denegandus aſſenſus, prius expleto per eum ſermone de noſtri licentia (ut moris eſt) ſingula per dictum D. ANTONIVM in dictis facultatib' requiſita Doctoratus inſignia eidem Domino
ANTONIO contulit, et aſſignauit, ſeruatis in præmiſis ritibus et ſolemnitatibus opportunis, et que omnia facta fuerunt ad preſentiam Pref. Ill.mi et R.mi D.D. Epiſcopi Dat. et act. Pap. in Pref. Aula Magna Eppiſcopalis Palatij ſitt. in Porta Pertuſij [illegible] Eccleſie Cathedralis, ſub
anno natiuitatis Dominicę Milleſſimo ſexcenteſſimo uigeſſimo ſecundo Indictione quinta die uero ſabbati uigeſſima ſeptima menſis Augusti hora tertiarum uel circa preſentibus Domino Franciſco de Vale F. Q. D. Augusti habbit. pap. in par. [illegible] et D. Andrea De
Vianibus F. Q. D. Philippi ex Bidellis dictę Vniuerſitatis, teſtibus nottis et Idoneis ad Premiſſa uocatis, ſpeciallitér atq; rogatis.

Forma autem profeſſionis fidei de qua ſupra fit mentio, hec eſt uidelicet. Ego ANTONIVS ALIPRANDVS firma fide credo et profiteor omnia et ſingula que continentur in Symbolo fidei quo, ſancta Romana Eccleſia utitur uidelicet. Credo in unum Deū
patrem omnipotentem factorem Cęli et terrę, uiſibilium omnium et inuiſibilium, Et in unum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei unigenitum, et ex patre natum ante omnia ſecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero, Genitum non factum, cum ſubſtancialem -
Patri, per quem omnia facta ſunt, Qui propter nos homines, et propter noſtram ſalutem deſcendit de cęlis, Et incarnatus eſt, de ſpiritu ſancto ex MARIA Virgine, et homo factus eſt, crucifixus et pro nobis ſub Pontio Pilato paſſus et ſepultus eſt, et reſſurrexit tertia Die ſecū-
dum ſecundum ſcripturas: Et aſcendit in Cęlum, ſedet ad dexteram Patris; Et iterum uenturus eſt cum gloria iudicare uiuos et mortuos; Cuius Regni non erit finis: Et in ſpiritum ſanctum Dominum et uiuificantem, qui ex patre filioq; procedit, qui cum patre, et filio ſimul adoratur, &
conglorificatur, qui locutus eſt per prophetas; et unam ſanctam Catholicam, et appoſtolicam Eccleſiam, Confiteor unum Baptiſma in remiſionem Peccatorum; Et expecto reſſurrectionem mortuorum; et uitam uenturi ſęculi amen. Appoſtolicas et Eccleſiaſticas traditiones, relliquasq;
eiuſdem eccleſię obſeruationes, et conſtitutiones firmiſſime admitto, et amplector, Item ſacram ſcripturam iuxtà eum ſenſum, quem tenuit et tenet Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de uero ſenſu et interpretatione ſacrarum ſcripturarum admitto, nec eam umquam
niſi iuxtà unanimem conſenſum patrum accipiam, et interpretabor. Profiteor quoq; ſeptem eſſe uerè et propriè Sacramenta nouę leggis à IESV CHRISTO Domino noſtro inſtituta, atq; ad ſalutem humani generis; licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet
Baptiſmum, Confirmationem, Euchareſtiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, et Matrimonium, illaq; gratiam conferre, et ex his Baptiſmum, Confirmationem, et ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe, Receptos quoq; & approbatos Eccleſię Catholicę
rittus in ſupradict: omnium ſacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio et admitto; Omnia et ſingula que de peccato originali et de iuſtificatione in ſacro. Trident. Synodo deffinita et declarata fuerunt amplector et recipio, Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo uerum
proprium et propiciatorium ſacrifitium pro uiuis et deffonctis, atq; in ſanctiſſimo Euchareſtię Sacramento eſſe uerrè, realliter et ſubſtancialiter Corpus et ſanguinem, unà cum anima, et Diuinitate Domini IESV CHRISTI fieriq; conuerſionem totius ſubſtā-
tię Panis in corpus, et totius ſubſtancię uini in Sanguinem, quam conuerſionem Catholica Ecleſia tranſubſtantiationem appellat, Fateor et ſub altera tantum ſpecie, totum atq; integrum Chriſtum, uerumq; ſacramentum ſumi, Conſtanter teneo purgatorium eſſe, animaſq; ibi detē-
tas fidellium ſuffraggijs iuuari, ſimiliter et ſanctos unà cum Chriſto regnantes, ueneranclos atq; inuocandos eſſe, eoſq; orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorum relliquias eſſe uenerandas. Firmiſſime aſſero, imagines Chriſti, ac Dei Parę ſemper uirginis, nec non alliorum ſanctor.
habendas et rettinendas eſſe, atq; eis debitum honorem ac ueneratione impartiendam. Indulgentiarum et poteſtatem à Chriſto in Eccleſia rellictam fuiſſe illarumq; uſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe, affirmo, ſanctam Catholicam et appoſtolicam Eccleſiam Romanā
Omnium Eccleſiarum Matrem et Maggiſtram agnoſco, Romanoq; Pontifici, Beati Petri Appoſtolorum Principis ſucceſſori ac IESV CHRISTI uicario ueram obedientiam ſpodeo ac iuro. Cætera item omnia à ſacris canonibus, & Oecumenicis Concilys,
ac precipuè à ſacroſancta Tridentina Sinodo tradita, deffnita, et declarata indubitanter recipio, atq; profiteor, ſimulq; contraria omnia atq; hereſes quaſcunq; ab eccleſia dannatas, reiectas et anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, et anathematizo. Hanc uerum -
Catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in preſenti ſponte profiteor et ueraciter teneo eandem integram et inuiolatam uſq; ad extremum uitę ſpiritum conſtantiſſimè Deo iuuante rettinere et confiteri, atq; à meis ſubditis, uel illis, quorum cura ad me
in munere meo ſpectabit, teneri, et predicari quantum in me erit, curaturum, Ego ANTONIVS ALIPRANDVS ſpondeo, uoueo, ac iuro, ſic me Deus adiuuet & hæc Sancta Dei Euangelia....

Ego Laurentius Bigonus quond. D. Antonij genitus pub.s Papienſis Apostolicaq; et Imperiali auctoritatibus not.s et Curię Epiſcopalis Papię Cancellarius, quia premiſſis omnibus, et ſingulis dum sic ut premittitur fierent, et agerentur unà cum prenominatis teſtibus interfui, ergo sic fieri [illegible] preſentes litteras in formam publici documenti [illegible] confeci, ideo eas aliena manu iuſſu meo ſcriptas nomine, cognomine, ac ſigno [illegible] ſolitis, ac cum prefati ſigill. appenſione ſignaui in premiſſorum fidem, et ſingulorum fidei ac teſtimonium
rogatus, et requiſitus.

Petrus Franc.s Vicecomes Scribebat

1622 27/VIII

Priuilegium Doctor:

Mocdo 28 (17)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1823037232-17